



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XXXVI. De Republica ac foedere XIII. Ciuitatum Helueticarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

Residentia Eberndorffensis. Eberndorff.  
 Residentia Plettriensis. Plettria.  
 Residentia Goriciensis. Gortz.  
 In Trans-<sup>S</sup>Colleg. Claudiop.\* Colosvvar.  
 Siluania <sup>S</sup>Colleg. Albæ Iuliæ.\* Fairvvar.

*Sunt in hac Provincia Socij 553.*

## CAPUT XXXVI.

DE REPUBLICA AC FOE-  
dere XIII. Ciuitatum Heluetica-  
rum.

**S**Vb fœdere Heluetico XIII. Ciuitates,  
 vulgò Cantones vocant, continentur:

Vrania,	Vri.
Suitia,	Suitz.
Siluania,	Vndervval.
Lucerna,	Lucerne.
Tigurum,	Zurich.
Clarona,	Glaris.
Tugium,	Zugh.
Berna,	Berne.
Friburgum,	Friburg.
Salodurum,	Soleurre.
Basilea,	Basel.
Schafhusia,	Schaffhusen.
Abbatis-Cella.	Appenzel.

Primū fœdus, contra insolentiam Prefecto-  
 rū, ab Alberto I. Imp. cōstitutorū, tres Ciui-  
 tates,

tates, *Vrania, Sutia, & Siluania* anno 1307. inter se fancierunt. Quibus aliæ postea Ciuitates sese paullatim adiunxerunt, quæ foedera perpetuo coniunctæ , ita Rempublicam suam stabiliuerunt , vt à nemine haetenus subrui aut debilitari potuerit.

Gens vniuersa *Suitzeri* vulgò appellantur, à *Sutijs*, apud quos primò feliciter pro libertate pugnatum fuit.

Ex XIII. istis Ciuitatibus sex , nimirum *Cantones* *Lucerna, Vrania, Sutia, Siluania, Tugium, Friburgum* , & magna pars *Abbatis-cellulariorum*, Religionem Catholicam Romanam fortiter tuentur. Ad cuius defensionem solenne fœdus anno 1587. cum *Philippo II. Rege Catholico* , eodemque Duce *Mediolanensi* fancierunt: quod sanctè etiamnum vtrimeque seruatur. Itaque apud dictas Ciuitates Catholicas Pontifex Romanus Internuncium ordinariè residentem habet , vt & suum *Rex Catholicus Legatum*.

*Basileen-  
sis Epi-  
scopus.*

In spiritualibus porrò Heluetij , magna ex parte Constantiensi & Basileensi Episcopis subsunt: quorum posterior Bruntrutis dem nunc habet, Basileâ à Nouatoribus occupatâ. Collegium autem cathedralē Basileense domicilium fixit Friburgi Brisgoviae, quod est opidum & Academia Catholica gentis Austricæ.

Ad Heluetios in veteri Religione retin-

n-

nendos ac firmandos plurimūm sanè constulit Petrus Canisius, Nouiomagi in Geldria apud Belgas natus, ex Soc. Iesu, vir longè doctissimus ac sanctissimus: qui & Friburgi Heluetiorum anno 1597. moriens, ibidem honorificè est conditus. Habent autem Patres Soc. Iesu duo illustria apud Heluetios Collegia, nimirum Lucernense, & Friburgense.

Ad reliquas Heluetiorum Ciuitates quod attinet, sūt eę, prō dolor, Lutheri, Zwinglij, Caluini, aliorumque Hæresiarcharum fœdis erroribus infectæ: sic tamen ut Soloduri, Claronæ, & alibi viuant Catholici quām plurimi, hæreticis mixti. Primi an. 1526. corrupti fuere Tigurini, ab Ulrico Zwinglio, Sacramentario.

## CAPUT XXXVII.

DE MUNICIPIIS, PRAEFFECTVRIS, & socijs Heluetiorum.

**P**Ræter XIII. Ciuitates, quas dixi, multa apud Heluetios sunt opida suo iure ac legibus vtentia, quæ antiquo & Romano vocabulo *Municipia Heluetiorum* nuncupat Franciscus Guillmannus, rerum Heluetiarum scriptor accuratus. Talia sunt *Aqua Heluetia*, vulgo *Bada*, *Bremgartia*, *Mellinga*, *Rupertiuilla*, *Damasia*, *Vitodurum*, *Tobinium*,

**G** *Arauia*,

*Munic-  
pia Hel-  
uetiorum*